Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Synodvs Nicæna II. Generalis. Sub Hadriano papa I. anno DCCLXXXVII.

Parisiis, 1644

Ex miraculis sanctorum Cosmae & Damiani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15473

Visual Library

ANNO CHRISTI 787.

ἡμῶν ὅρκος παρασαλήσεται, ὡς μηδεμίαν ἰσχὺν ἔχων.

Ἰωάννης ὁ θεοφιλέστατος πρεσβύτερος καὶ τοποτηρητὴς τῶν ἀνατολικῶν ἀρχιερέων εἶπεν· εἰ κελεύετε, τανῦν τὰ περὶ τοῦ ὅρκου ζητείσθω.

Ταράσιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης εἶπεν· ἤδη τὰ περὶ αὐτοῦ ἐρρέθη. εἰ τι δὲ πλέον, ἐν ἑτέρᾳ ἐξετάσει ζητείσθω. νῦν δὲ ἐχώμεθα τῶν προκειμένων.

* Θεόδωρος ὁ θεοφιλέστατος διάκονος, μοναχὸς καὶ νοτάριος, ἀνέγνω.

* Θεοδόσιος

Ἐκ τῶν θαυμάτων τῶν ἁγίων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ.

Ἕτερός τις ἀνὴρ ἐπιεικὴς σφόδρα, σύριγγα ἐσχηκὼς ἐν τῇ κοτύλῃ, καὶ πολλαῖς χρησάμενος θεραπείαις τῶν ἰατρῶν, ὑποβαλὼν δὲ ἑαυτὸν καὶ τοῖς ξίφεσι τῶν ἰατρῶν, ἐπὶ ἐνιαυτοῖς τε δεκαπέντε ταλαιπωρήσας ἐν τῷ πάθει, καὶ νικηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, πλέον ηὔξησε τὸ νόσημα, τετρασόμου τούτου γινομένου, καὶ ἀφιέντος τὸ ἐναποκείμενον ῥεῦμα. πολλάκις δὲ καὶ τοῦ παραπεμπομένου τῷ σώματι ποτοῦ ἐκεῖθεν ἀπορρέοντος, τῶν τε ἰατρῶν εἰρηκότων κεκυριεῦσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ μὴ εὑρίσκεσθαι ἀνθρώπου χεῖρα δυναμένην βοηθῆσαι τῷ πάθει· ἀπέγνω λοιπὸν ἑαυτοῦ ὁ ἀνὴρ, καὶ συνεβουλεύθη παρὰ πολλῶν καταλαβεῖν τὸν τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ θεραπόντων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ ἡγιασμένον οἶκον. καὶ τοῦτο ποιῆσαι βουλόμενος· πολύβουλος γὰρ ἡ ἀνάγκη· θεωρεῖ τοὺς ἁγίους καθ' ὕπνον λέγοντας αὐτῷ· δεῦρο πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἰαθήσῃ. θαρσήσας τοίνυν τῇ προτροπῇ τῶν ἁγίων, καταλαμβάνει τὸν ἔνδοξον αὐτῶν οἶκον· καὶ καθ' ἑκάστην δυσωπῶν αὐτοὺς οὐκ

paruipenditur, tamquam nullam fortitudinem habens.

Ioannes Deo amabilis preſbyter & vicarius orientalium pontificum, dixit: Si iubetis nunc, quærantur illa quæ de iuramento ſunt.

Taraſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Iam quæ ad id pertinent, dicta ſunt. Si quid autem amplius eſt, in alia examinatione requiratur. Nunc autem propoſita exequamur.

Theodoſius Deo amabilis diaconus & notarius legit.

Ex miraculis ſanctorum Coſmæ & Damiani.

Alius quidam vir clemens valde, fiſtulam habens in femore, & multis vſus medicamentis, ita vt ſeſe etiam gladiis medicorum traderet, per annos circiter quindecim miſeriis afflictus eſt in paſſione, a qua ſuperatus amplius * creuit languor, quadrati oris effectus, & ſuperiacente rheumate fatigatus: frequenter etiam immiſſo corpori potu inde profluente, mediciſque dicentibus, quod languor ita dominaretur ei, vt non poſſet manus hominis inueniri, quæ paſſioni auxiliaretur. * Poſtpoſuit ergo ſe vir, & accepit a multis conſilium, vt ad ſanctorum Dei famulorum Coſmæ & Damiani ſanctificatam pergeret domum. Et cum hoc facere voluiſſet (* multas enim habet voluntates neceſſitas) videt ſanctos in ſomnis dicentes ſibi: Veni ad nos, & ſanaberis. Fiducia ergo accepta per exhortationem ſanctorum, peruenit ad glorioſam eorum domum; & per ſingulos dies non

* *Gr.* amp. auxit languorem, q. o. effectum & rheuma quod inerat, emittentem.

* *Gr.* Deſperauit

* *Gr.* multa conſilia

ceſſauit obſecrare, vt liberaretur a paſſione. Porro cum permanſiſſet anno, & nullam viſitationem fuiſſet adeptus, in fine egreſſus liminare, quod appoſitum erat domui ſanctorum, & intuens in imaginem ſaluatoris, quæ poſita erat in dexteriori porticu (picta vero erat in ea tam ſancta Maria Dei genitrix, quam ſancti famuli Chriſti Coſmas & Damianus, & quidam ex magnis viris, Leontius nomine) deprecationibus factis prolixis, fleuit per multas horas amare; atque obſecratis ſanctis, abiit in locum cubiculi ſui. Et aſpicit per noctem venientes ad ſe famulos Chriſti Coſmam & Damianum, mediam habentes gratia plenam Virginem, & dicentem * ſibi: Ecce iſte eſt, adiuuate eum velociter.

* Gr. ipſis:

Item ipſe legit ex eiſdem miraculis. De vxore Conſtantini Laodicenſis.

Contigit quemdam virum fideliſſimum, qui in militia exercebatur, nomine Conſtantinum, qui glorioſorum ſanctorum Coſmæ & Damiani patrocinium ſedulus implorabat, profectum fuiſſe ab hac amabili Chriſto regia ciuitate, cauſa iniunctæ ſibi militiæ. Qui in vnaquaque peregrinatione ſua, in fide deferebat effigiem ſanctorum in parua imagine ad proprium munimentum. Cum autem perueniſſet ad Laodicenſium ciuitatem, quæ cognominata eſt * Trimetria, ibique moratus eſſet occaſione commiſſi ſibi præcepti aliquo tempore, nuptias legitimas aſſecutus eſt. Paucis vero diebus tranſ-

*Gr. Trimitaria, ſeu Trimitania.

ANNO CHRISTI 787.

ἐνεδίδου, ἀπαλλαγῆναι τοῦ πάθους. ὡς δὲ ἐπέμεινε χρόνον, καὶ οὐδεμιᾶς ἐτύχανεν ἐπισκέψεως, τέλος ἐξελθὼν ἐν τῷ ὑπερθύρῳ τῷ προσπαρακειμένῳ τῷ οἴκῳ τῶν ἁγίων, καὶ βλέψας εἰς τὴν εἰκόνα τοῦ σωτῆρος τὴν ἀνακειμένην ἐν τῇ κατὰ τὸ δεξιὸν στοᾷ· γέγραπται δὲ ἐν αὐτῇ ἥ τε ἁγία Μαρία ἡ θεοτόκος, καὶ οἱ ἅγιοι θεράποντες τοῦ Χριστοῦ Κοσμᾶς καὶ Δαμιανὸς, καί τις τῶν μεγάλων ἀνδρῶν Λεόντιος τοὔνομα· δεήσεις ἐκτενεῖς ποιησάμενος, καὶ κλαύσας πικρῶς ἐπὶ ὥρας πολλὰς, καὶ δυσωπήσας τοὺς ἁγίους, ἀπῆλθεν ἐν τῷ τόπῳ τῆς κοίτης αὐτοῦ. καὶ θεωρεῖ διὰ τῆς νυκτὸς ἐρχομένους πρὸς αὐτὸν τοὺς θεράποντας τοῦ Χριστοῦ Κοσμᾶν καὶ Δαμιανὸν, μέσην ἔχοντας τὴν κεχαριτωμένην παρθένον, καὶ λέγουσαν αὐτοῖς· ἴδε οὗτός ἐστι, βοηθήσατε αὐτῷ διὰ τάχους.

Ετι ὁ αὐτὸς ἀνέγνω ἐκ τῶν αὐτῶν θαυμάτων. περὶ τῆς γυναικὸς Κωνσταντίνου τοῦ ἐν Λαοδικείᾳ.

Συνέβη τινὰ ἄνδρα ἐν στρατείᾳ ἐξεταζόμενον, ὀνόματι Κωνσταντῖνον, πιστότατον, καὶ μὴ ἀπολιμπανόμενον τῆς τῶν ἐνδόξων ἁγίων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ προσεδρείας, ἐκδεδημηκέναι ταύτης τῆς φιλοχρίστου καὶ βασιλίδος πόλεως, τῆς προσούσης αὐτῷ στρατείας χάριν. ὅστις ἐν ἑκάστῃ αὐτοῦ ξενιτείᾳ κατὰ πίστιν ἐπέφερε τὸ ἐκτύπωμα τῶν ἁγίων ἐν εἰκονιδίῳ πρὸς ἀσφάλειαν ἰδίαν. ἐπιστὰς δὲ τῇ Λαοδικέων πόλει, ἥτις ἐπωνομάσθη ἡ *Τριμιταρία, ἐν αὐτῇ τε διατρίψας προφάσει τοῦ ἐγκεχειρισμένου αὐτῷ προστάγματος φανερὸν χρόνον, γάμῳ νομίμῳ προσωμίλησεν. ὀλίγων δὲ ἡμερῶν διαγενομένων, ἡ συνα-